9. *Aspiciebam donec throni positi sunt*. Severi ex libris contra Alexandrum. Inclytum Daniele propheticum spiritu afflatum, ex typis quibusdam et aenigmatibus atque visione de Deo dicentem novimus: aspiciebam donec throni positi sunt et antiquus dierum sedit. Tum etiam capillos eius niveae lanuae instar memorat. Nimirum typus erat qui cernebatur, corporeo phantasmate incorporeum aeternumque oculis subiiciens; qui per alium prophetam dixit, ego visiones multiplicavi et in manu prophetarum assimilatus sum.

*Thronus eius ignis ardens*. Eudoxii. Noster enim Deus, flamma est comburens, bonos illuminans, improbos absumens.

*Rotae eius*. Eudoxii. In curru repraesentatur, velut etiam apud Ezechielem. Heic thronus rotis additus, ut et immobilis dignitas et providentia discurrens significetur.

10. *Libri aperti sunt*. Cyrilli. Cum in forma nostra Unigenitus apparuit, tunc libros pater aperuit: omisssaque reorum damnatione, copiam fecit frugi hominibus semet inscribendi adnumerandique caelestibus choris, atque in album referendi.

Basilii episcopi. Quid aliud heic denotatur, nisi quod excitantur in hominum mentibus ideae, ut nostrorum singuli actorum meminerimus, et quam ob causam puniamur, perspiciamus?

13. *Quasi filius hominis*: Eusebii caesariensis. Manifeste nunciari arbitror universale iudicium, cum omnes ab orbe condito homines ante Christi tribunal sistentur. Porro autem post mortuorum resurrectionem, dictamque in omnes sententiam, ille, qui visus Danieli fuit, filius hominis in nubibus aderit, ut indeficientem aeternamque omnium populorum tributumque potestatem ac regnum a patre accipiat. Sicuti ipse servator de se noster ait: tunc sedebit in throno gloriae suae, et congregabunt

buchodonosori et Danielis visiones. (3) Consonat Eusebius chron. I. 40.

(1) Virgilius: *tu regere imperio populos, Romane, memento,*

*parcere subiectis et debellare superbos.*

(2) Idem Severi opus citatur aliquando in carenis. (3) Ob. xii. 10. (4) Hac imagine utitur Fronto epist. ad Ant. imp. lib. II. 12. fin. (5) Cap. I. (6) In hanc danielicam visionem filii hominis commentatur idem Eusebius, sed aliis verbis, hist. eccl. I. 2.

**A** Θρόνου δόξης αὐτῆ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτῆ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τὰ ἔθνη· συναθροίμην γὰρ ταῦτα ταῖς ἐν χερσίν μαρτυρίαις τῆς τῆ Δανιὴλ προφητείας καθ' ἣν λέλεκται, καὶ ἰδῆ μετὰ τῶν νεφελῶν τῶν ἑβραῶν ὡς υἱὸς ἀνθρώπου·

**B** που ἐρχόμενος ἦν· καὶ ἕως τῆ παλαιῆ τῶν ἡμερῶν ἐφθασεν· καὶ προσνήχθη αὐτῶ, καὶ ἐδόθη αὐτῶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία· καὶ τὰ ἔθνη.

Ἔως τῆ παλαιῆ τῶν ἡμερῶν ἐφθασε. Ἰππολύτης. Παλαιὸν μὲν ἐν ἡμερῶν ἐχ' ἕτερον λέγει, ἀλλ' ἢ τὸν ἀπάντων κύριον καὶ Θεὸν καὶ δεσπότην, τὸν καὶ αὐτῆ τῆ χριστοῦ (1), τὸν παλαιῶντα τὰς ἡμέρας, καὶ τὸν ὑπὸ χρόνων ἡμερῶν μὴ παλαιέμενον.

**C** Κυρίλλου. Καὶ τί ἐστὶν ἕως τῆ παλαιῆ τῶν ἡμερῶν ἐφθασεν; ἄρα τοπικῶς; εἴτα πᾶς τῆτο ἐκ ἀμαθῆς, ὅτι μὴ ἐν τόπῳ τὸ θεῖον; πληροῦ γὰρ τὰ πάντα· τί ἐν ἐστὶ τὸ ἕως τῆ παλαιῆ τῶν ἡμερῶν ἐφθασεν; εἰς τὴν δόξαν τῆ πατρὸς δηλονότι ἐφθασεν ὁ υἱὸς· καὶ πόθεν

**E** τῆτο ἐστὶν ἰδεῖν, εἴη πάλιν αὐτὸς ἐφεξῆς· αὐτῶ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ βασιλεία· ἤκουσε γὰρ τῆ πατρὸς λέγοντος, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἀνθῶ τῆς ἐχθρῆς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου (2).

**F** Αὐτῶ ἐδόθη ἡ ἀρχή. Εὐσεβίου. Οὐ μόνον τὴν τῆ υἱὸ ἀνθρώπου τὴν βασιλείαν ὁ προφήτης θεσπίζει, ἀλλὰ καὶ πλείονα, περὶ ὧν φησί.

Ἡ ἐξουσία αὐτῆ ἐξουσία αἰώνιος· Ἰππολύτης. Τῶ ἐν ἰδίῳ υἱῶ ὁ πατήρ πάντα ὑποτάξας

**G** τὰ τε ἐν τοῖς ἑβραῶσι καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ πάντων ἀπέδειξεν αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πᾶσι γενόμενον· πρωτότοκον ἐκ Θεοῦ, ἵνα μετὰ τῆ πατρὸς υἱὸς Θεοῦ ὧν ἀποδειχθῆ πρό ἀγγέλων, ἵνα καὶ ἀγγέλων κύριος φανῆ· πρωτότοκον ἐκ πατρὸς, ἵνα τὸν πρωτόπλαστον Ἀδὰμ ἐν αὐτῶ ἀναπλάσσωσιν δειχθῆ· πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, ἵνα ἀπαρχὴ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως αὐτῆς γεννηθῆ.

**H** Ἡτις ἐ παρελεύσεται. Ἰππολύτης. Τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν τὴν παρά τῆ πατρὸς δεδομένην τῶ υἱῶ ὑπέδειξεν, ὅς ἐπερανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων βασιλεὺς καὶ κριτὴς πάντων ἀποδέδεικται· ἐπερανίων μὲν, ὅτι λόγος ἐκ καρδίας πατρὸς πρό πάντων γεννημένος ἦν· ἐπιγείων δὲ, ὅτι ἀνθρώπος ἐν ἀνθρώποις ἐγεννηθῆ· ἀναπλάσσωσιν δὲ αὐτῆ τὸν Ἀδὰμ· καταχθονίων δὲ, ὅτι καὶ ἐν νεκροῖς καταλογίσθη, εὐαγγελιζόμενος ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς, διὰ θανάτου θύνατον νικῶν.

**I** Τέσσαρες βασιλείαι ἀρθῆσονται. Ἄλλος. Σημειώσεται δὲ ὡς τὰς λοιπὰς βασιλείας καθαιρέσθαι λέγει, δέχεσθαι δὲ τὴν βασιλείαν αὐτῶ τὸν ἐπὶ τῶν νεκρῶν ὀχοῦμενον, αἰδίες γὰρ τῆ χριστοῦ ἡ βασιλεία, ἀλλὰ τῆς ἀγίας· τότε γὰρ ὁ χριστὸς ἀληθῶς βασιλεύσει, ἕδνός ἐν-

**M** τος ἀντιτεταγμένῳ· οὐ τῆ διαβόλου, τιμωρεῖται γὰρ· οὐ τῆς ἀμαρτίας, ἀνήρσεται γὰρ· οὐ

tur coram eo omnes gentes; et reliqua. Haec igitur consonant testimoniis quae nunc habemus in manibus Danielis prophetae, apud quem dicitur: et ecce aderat filius hominis in nubibus caeli. Item, donec antiquus dierum venit; oblatumque ac datum est ei imperium et honor et regnum; et reliqua.

Usque ad antiquum dierum pervenit. Hippolyti. Antiquum dierum haud alium ait quam omnium dominum et Deum ac regnatorem ipsius quoque Iesu Christi; qui dies antiquat, quin ipse lapsu temporum antiquetur.

Cyrilli. Quid est, usque ad antiquum dierum pervenit? Num de loco sermo est? Atqui absurdum est in loco Deum ponere, qui omnia implet. Quid ergo est, usque ad antiquum dierum pervenit? in gloriam scilicet patris devenit filius. Quod ipsum unde innotescat, idem postea propheta dicit; traditus est ipsi honor et regnum. Audivit enim patrem dicentem, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

14. Tradita est ipsi potestas. Eusebii. Haud solum filii hominis regnum propheta vaticinatur, verum et alias res de quibus verba facit.

Potestas eius, potestas aeterna. Hippolyti. Igitur proprio filio cuncta subiiciens pater, seu caelestia seu terrena, per omnia eum primogenitum inter omnes ostendit: nempe primogenitum ex Deo existentem, ut cum patre Dei filius demonstraretur ante angelos, atque ita angelorum quoque dominus appareret: primogenitum vero ex virgine, ut is primum hominem Adamum in se reformans monstraretur: primogenitum denique ex mortuis, ut primitiae resurrectionis nostrae in ipso fierent.

Quae non aboletur. Hippolyti. Potestatem omnem a patre filio imperitiam significavit, qui caelestium terrestrium atque infernorum rex iudexque omnium renunciatus est: caelestium quidem, quia verbum e corde patris ante omnia genitum fuit: terrestrium, quia homo inter homines factus est, Adamum in semet ipso reformans: infernorum, quia inter mortuos quoque connumeratus fuit, nunciatus nempe sanctorum animabus, morte mortem superans.

18. Quattuor regna abolebuntur. Anonymi. Adnotandum, quod reliqua regna deletum iri dicit, imperium autem non excipiendum ab eo qui nubibus vehitur (nam Christi aeternum est regnum) sed a sanctis. Tunc enim (Christus vere regnabit nemine adversante; non diabolo, qui punietur; non peccato, quod abolebitur;

(1) Nempe quo sensu dixit Paulus I. Cor. xv. 28. cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc et ipse filius subiectus erit ei. Item dixit Christus Ioh. xliii. 28. pater maior me est: quia in re vili theologus; praecipue vero magnum Petavium de incarnat. VI. 2. §. 13, et de trin. II. 2, quo postremo loco dictum hoc evangelicum luculenter more suo illustrat. (2) Ps. cviii. 1.

- A** τὸ θανάτου, πέπαιται γὰρ· καὶ ὁ μακάριος  
 φησὶ Παῦλος (1) ὅταν παραδῶ τὴν βασιλείαν τῷ  
 θεῷ καὶ πατρὶ, ὡς παυθησομένων μὲν ἀπάν-  
 των τῶν μετὰ τὴν τῷ Ἀδὰμ παρακλήν γενομέ-  
 νων· ἀποκατασταθησομένων δὲ τῶν πάντων εἰς
- B** τὸ ἀρχαῖον, ἐν οἷς περὶ ἡν τὰ πάντα πρὸ τῆς  
 ἀμαρτίας· τὸ δὲ ἅγιοι ὑψίστου, ὡσανεὶ οὐκ  
 ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἐν ἔρανῳ τῆς διαίτης τῶν  
 ἀνθρώπων ἰσομένης.
- Αἱ ἀρθήσονται. Ἰππολύτη. Τῶν γὰρ τριῶν θη-  
 ρίων εἶδη διαδραμόντων καὶ μετασάντων, καὶ τοῦ  
 ἐνὸς ἀκμὴν εἶτι ἐνεσῶτος, εἰάν καὶ τῷτο μεταρ-  
 θῆ (2), παύεται λοιπὸν τὰ ἐπιγῆια, ἀρχεται  
 λοιπὸν τὰ ἐπεράνια, ἵνα τὸ τῶν ἁγίων ἀκατά-  
 λυτον καὶ αἰώνιον βασιλεῖον δεῖχθῆ· καὶ ὁ βασι-
- D** λεύς ἐράνιος προφανῶς πᾶσιν ἐπίδειχθῆ, μηκέ-  
 τι διὰ εἰδῆς ὡς ἐν ὄρασει βλεπόμενος, μήτε ἐν  
 φύλῳ νεφέλης ἐπὶ κορυφῆς ὄρας ἀποκαλυπτέμε-  
 νος, ἀλλὰ μετὰ δυνάμεων καὶ στρατιῶν ἀγγελικῶν  
 ἑνσαρκος θεός, καὶ ἄνθρωπος υἱὸς θεοῦ,
- E** καὶ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀπ' ἔρανῶν κριτῆς τῷ κόσ-  
 μῳ παραγιόμενος.
- Καὶ παραλήφονται τὴν βασιλείαν. Εὐσεβίου  
 Καισαρείας. Συμβασιλεύοντες δηλαδὴ καὶ αὐτοὶ  
 τῷ θεῷ· τίνες δ' ἂν εἴην οὗτοι, ἢ οἱ κληρονό-  
**F** μοι τοῦ θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ χριστοῦ (3); οἷς  
 καὶ ἐπαγγέλλεται, τὴν βασιλείαν τῶν ἔρανῶν, βα-  
 σιλείαν ἐπισησομένην τὴν μετὰ τέσσαρας βα-  
 σιλείας τὰς τῷ προφήτῃ ἐωραμένας, περὶ ὧν ὡς  
 ἐν βραχέσιν ἀρτίως διειλήφαμεν· ἐντεῦθεν οἰ-  
**G** μαί τὸν ἱερὸν ἀπόστολον Παῦλον ὀρμᾶσθαι πε-  
 ρὶ τῆς δευτέρας ἀφίξεως τοῦ χριστοῦ γράφων τὰ  
 τοιαῦτα (4)· ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι  
 ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεὸς κα-  
 ταβήσεται ἀπ' ἔρανῶν· καὶ τὰ ἐξῆς· ὁ δ' αὐτὸς
- H** ἀπόστολος καὶ τὴν ὑσάτην τῷ ἀντιχρίστῳ ἀφίξιν  
 τὴν καὶ ἀπαλείαν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν τῷ σωτή-  
 ρος ἡμῶν ἐνδοξον παρουσίαν ἀκολουθῶν τῇ προ-  
 φητεῖα παρίσσει λέγων (5)· μήτις ὑμᾶς ἐξα-  
 πατήσει κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι εἰάν μὴ ἔλ-  
**I** θῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῆ ὁ ἄν-  
 θρωπος τῆς ἀμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας,  
 ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λε-  
 γόμενα θεῶν ἢ σέβασμα, ὡς αὐτὸν εἰς τὸν  
 ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύοντα ἑαυτὸν
- K** ὅτι εἶσι θεός· οὐ μνημονεύετε ὅτι ἐτι ἂν πρὸς  
 ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν· καὶ τὰ ἐξῆς· τοσαῦ-  
 τα ὁ θαυμάσιος ἀπόστολος ἐν τοῖς περὶ συν-  
 τελείας τοῦ βίβ (6) διεξῆλθε λόγοις, τὰ διὰ  
 τῆ προφῆτης Δανιὴλ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου, καὶ
- L** τῆς τῷ σωτήρος ἡμῶν ἐνδόξης βασιλείας τεθεσ-  
 πισμένα πιστόμενος (7).
- Καὶ ἐζητούν περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου.  
 Ἰππολύτη. Καθὼς φθάσαντες τὴν τετάρτην εἰ-  
 πομέν βασιλείαν, ταύτην δηλών παρ' ἐν ἐτί-  
**M** ρα ἄλλη μίξων καὶ τοιαύτη βασιλεία ἐπὶ τῆς  
 γῆς καὶ ἐγγύρται, ἐξ ἧς μέλλει ἀναφύεσθαι δὲ-

non morte, quae destruetur. Quare et beatus Paulus ait: quum regnum tradiderit Deo et patri, tamquam sublatis cunctis qui post Adami inobedientiam exiterunt, rebusque omnibus in pristinum quem ante peccatum obtinebant statum restituitis. Denique verba sancti τοῦ allissimi, significant quodammodo non in terra sed in caelo vitam hominum futuram.

*Quae tollentur.* Hippolyti. Tribus feris iam aufugientibus atque sublatis, una vero reliqua vires adhuc retinente, quae si pariter de medio tolleretur, res terrenae quieturae erant; incipit iam de caelestibus dicere, ut sanctorum indissolubile aeternumque regnum comprobetur: itemque ut caelestis rex palam omnibus demonstretur, haud iam specie aliqua tamquam viso conspectus, neque nubilae instar columnae in montis cacumine revelatus, sed cum virtutibus copiisque angelicis incarnatus Deus, et homo Dei filius, et filius hominis, mundi iudex caelo veniens.

*Et regnum suscipient.* Eusebii caesariensis. Nempe ipsi quoque cum Deo regnabunt. Quinam vero sunt hi, nisi heredes Dei, coheredes autem Christi? quibus item caelorum regnum promissum a Christo est, quod regnum nempe consurget post illa quattuor per visum prophetae oblata; de quibus breviter modo disseruimus. Hinc divum apostolum Paulum cepisse occasionem arbitror de secundo Christi adventu scribendi haec: in iussu, in voce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo; et reliqua. Porro idem apostolus extremum quoque antichristi adventum sive perditionem, posteaque gloriosam servatoris nostri praesentiam, consentaneus vaticinio exhibet dicens: nemo vos ullo modo decipiat; nisi certe prius evenerit apostasia, et revelatus fuerit homo peccati seu perditionis filius, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tamquam sit Deus. Nonne meministis, me adhuc apud vos versantem haec dicere? et reliqua. Haec mirificus ait apostolus in sua de fine humani generis oratione; Danielis prophetae vaticinio de antichristo et de glorioso servatoris nostri regno fidem adstruens.

19. *Et de quarta belua scrutabar.* Hippolyti. Quartum hoc nuper diximus regnum, idque ostenditur omnium maximum, cui par nullum in orbe regnum extitit; e quo decem cornua ortura sunt, quodque in decem diademata

(1) I. Cor. xv. 24. (2) Romanum imperium ethnicum, sive antichristus, ut paulo ante cum Hieronymo diximus. (3) Confer Eusebii commentarium in Luc. p. 119. (4) I. Thess. III. 15. (5) II. Thess. II. 3. (6) Vox βίος apud Eusebium sollemnis pro humano genere, observante Montfauconio cap. x. praef. ad Euseb. comm. in ps. (7) Recole dicta abs Hieronymo p. 203. n. 1.



**A** κα κέρατα, ἡ μερισθήσεται εἰς δέκα διαδήματα· ἡ ἐν αὐτοῖς ἕτερον μικρὸν κέρας ἀναθήσεται, ὅπερ ἔστι τὸ τῷ ἀντιχρίστῳ· καὶ ἐκρήξαι τρία τῶν ἐμπροσθεν αὐτῆ· τῆς τρεῖς βασιλείας ἀνελεῖ, Αἰγύπτου, Λιβύων τε  
**B** ἡ Αἰθιοπῶν, βουλόμενος ἑαυτῷ περιποιεῖσθαι τὴν πᾶσαν βασιλείαν· ὅσπερ κρατήσας τῶν λοιπῶν κερᾶτων ἐπτα ἀρχεται λοιπὸν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἀλλοτρίῳ ἡ πονηρῷ πνεύματος φυσιωθεὶς πόλεμον ἐγείρειν κατὰ τῶν ἀγίων, ἡ πάντας  
**C** πανταχῆ διώκειν, βουλόμενος ὑπὸ πάντων δοξάζεσθαι ἡ προσκυνεῖσθαι ὡς Θεός.

Ἔως ἡλθεν. Ἰσπολύτε. Παραγινόμενος λοιπὸν ἀπὸ ἕραν κριτῆ τῶν κριτῶν ἡ τῷ βασιλείῳ τῶν βασιλείων, ὃς μεταστήσει πᾶσαν τὴν τῷ

**D** ἀντικειμένῃ ἀρχὴν ἡ δύναμιν, ἡ καταφλέξει πάντας αἰώνιῳ πυρὶ κολάζων· τοῖς δὲ δέλοισ αὐτῆ ἡ τοῖς προφήταις ἡ μάρτυσι ἡ πᾶσι τοῖς φοβημένοις αὐτὸν δώσει τὸ αἰώνιον βασίλειον. - Τῆς τρεῖς ἀτελειώτερον ἔξουσι τῶν ἀγαθῶν τὴν  
**E** ἀπόλαυσιν.

Ἔως καιρῶν, ἡ καιρῶν, καὶ ἡμισυ καιροῦ. Ἰσπολύτε. Ὅπερ σημαίνει τρία ἔτη ἡ ἡμισυ.

Ἀπολιναρίῃ. Καιρὸν φασὶν ἐνιαυτὸν ἕνα (1)· καιρὸς δύο ἔτη· ἡμισυ καιρῶ μῆνας ἕξ· και-

**F** ρὸς δὲ καιρῶν ἄλλους καιρὸς ἕξ, τῆς τρεῖς ἐξάμηνῃ ἕξ· ὡς πολυπλασιαζομένους τῆς ἕξ ἐπὶ ἕξ γίνεσθαι μῆνας λς· ἡ ἡμισυ καιρῶ λέγει μῆνας τρεῖς, ὡς τῆς πάντας εἰρημένους λθ, οἱ γίνονται πάντες ἔτη τρία ἡ μῆνες τρεῖς· το-

**G** σοῦτος γὰρ χρόνος συνάγεται ἀφ' οὗ ἔ' Ἀντίοχος κακὰ διέθηκε τῆς ἰουδαίου, ἀχριστοῦ εἰς τὴν προτέραν τῆς Θεῷ λατρείαν ὃ λαὸς κατέσκη (2)· ἡ δείζομεν καιρὸν τῆτον περαιδύμενον, ἡνίκα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν ἡρμηνεύειν δεῖ.

**H** Ἀπολείσαι ἕως τέλος. Ἀμμωνίου. Εὐθύς γὰρ μετὰ τὸν ἀντίχριστον τὸ τέλος· ἡ μάτην πλανῶνται οἱ ἰσδαῖοι (3) λέγοντες, ὅτι μέλλουσι χιλία ἔτη κρατεῖν σὺν τῷ ἀντιχρίστῳ· τρία ἡμίση μόνον ἔτη μέλλοντος αὐτῆ κατασχεῖν.

**I** Ὅρασις ὡφθη πρὸς με. Εὐδοξίῃ. Οὐκέτι ἐν ὄραματι τῆς νυκτός, ἀλλ' ὄρασις ὡφθη μοι· ἐν προκοπαίς γινόμενος, ἡ μετὰ τὰς ἐν ὑπνοῖς ὁμιλίαις, ἡ τῆς καθ' ὑπάρ ἀξιούμενος.

Μετὰ τὴν ὄφθεισαν με κατ' ἀρχὴν. Εὐδο-

**K** ξίου. Ἐδείχθησαν γὰρ μοι φασὶ τὰ ῥηθέντα οὐχ ὑπάρ ἀλλὰ κατὰ τῆς ὑπνοῦς.

Ἐπὶ τῷ οὐκάλ. Εὐδοξίῃ. Ἡ κατὰ τῆς ἄλλης ἐρμηνευτὰς ἐπὶ τῷ οὐκαίδ (4), τῆς τρεῖς πύλιν ἐπὶ γέφυραν τῆ ποταμῷ κειμένῃν· τῆ-

**L** το γὰρ διερμηνεύεται. Καὶ μετ' ὀλίγα. Ἐνταῦθα ἡ τὴν ὄψιν ὄρε, τῆ Θεῷ δεικνύοντος ὡς τῆς αὐτῶν ἰκίσιαις ἐπακέρσας· τὴν τε ἀνοδοῦ αὐτοῖς χαρίζεται, ἡ μετὰ ταῦτα πάσχοντας κακῶν ἐξαρκάζει τῶν δεινῶν. - Ἐπειδὴ τὰ

**M** προῤῥηθέντα ἐν τῇ πρὸ ταύτης ὄρασις εἰς μαρτυρίας αἰῶνας ἔμελλε τελειοποιηθεῖσθαι, ἡ ὁ ψῆ

distribuetur. Atque inter illa cornua, parvum aliud enascetur, quod est antichristi; idque tria ante se nata cornua loco depellet, reges videlicet Aegypti, Libyae, atque Aethiopiae; dum sibi uni universum regnum adserere nititur. Victis autem reliquis septem cornibus, extraneo deinde improboque spiritu inflatus bellum conflare incipit adversum sanctos, et ubique omnes persequi; dum sibi ab omnibus honorem tribui, Deumque se coli vult.

22. *Donec venit.* Hippolyti. Adveniente deinde e caelis iudicum iudice, regumque rege, qui universam adversarii dominationem viresque evertet, cunctosque poenae obnoxios aeterno igne comburet; servis autem suis et prophetis atque martyribus cunctisque sui reverentibus aeternum regnum attribuet. - Id est immortalī felicitatis possessione fruuntur.

25. *Usque ad tempus et tempora et dimidium temporis.* Hippolyti. Significat tres annos cum dimidio.

Apolinarii. Tempus dicit pro anno uno; tempora pro annis duobus; dimidium temporis pro mensibus sex; tempora temporum pro aliis temporibus sex, id est semestribus sex: ita ut e sex in sex ductis fiant menses xxxvi. Dimidium temporis dicit menses tres, ita ut summa sit mensium xxxix, qui sunt anni tres cum totidem mensibus. Tantum est enim temporis intervalum, ex quo Antiochus Iudaeos vexavit usque ad pristinum Dei cultum in populo instauratum. Nos vero tempus eiusmodi elapsum demonstrabimus, quum dierum numerum interpretari opus fuerit.

26. *Supremo exitio pessumdare; Ammonii.* Illico enim post antichristum finis rerum. Stultaeque halucinantur Iudaei, qui mille annis se regnuros aiunt cum antichristo. Nam tres tantum cum dimidio annos ipse cum potestate futurus est.

1. *Visio mihi oblata est.* Eudoxii. Haud iam in noctis visione, sed visio mihi oblata est. Proficit enim, ita ut post somniorum colloquia, vigiliis quoque visis potiatur.

*Post illam mihi principio exhibitam.* Eudoxii. Priora mihi non per veram visionem sed in somniis ostensa fuerunt.

2. *Iuxta ulal.* Sive secundum alios interpretes iuxta ulaid, nempe portam ponti fluviatili impositam. Sic enim hoc verbum converti solet. Et paulo post. Heic visione potitur, Deo significante se illorum precibus annuisse; reditumque iis largiri; posteroque tempore malis quae supervenient erepturum. - Quia res in hac visione praedictae non nisi post multa

(1) In chronico a me edito p. 8. annus dicitur χρόνος. (2) Recole quae dixi ad Polychronium p. 133. n. 3. (3) Recte Ammonius Iudaeis impurat regni millenarii fabulam, ut facit etiam Hieronymus ut dixi p. 177. n. 4. Et quidem aetate nostra lusitanus ille vir doctus equidem, sed banasticis opinionibus plus aequo indulgens, a quo nugas veterae millenariorum instaurari visae sunt, nomen cum re iudaicam Iosaphat ben - ezra sibi imposuit. (4) Lege dicte p. 130. n. 3.

Cap. V. II.

- A** ποτε εἰς πέρας ἀφικνεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐκ τῆς καιρῆς τῆς προφητείας, μέχρι τῶν τῆς προφητείας συμπερασμάτων, πολλοῦ τῆ αἰῶνος τρέχοντος, καὶ μηδενὸς μεταξὺ γεγενημένου, μὴ δὲ μία πίστις παρέχεται, τὴν μέσσην ἐκβασιὴν
- B** τὴν κατὰ τῆ ἔθνευς γινομένην ἀριθλοτάτα μινύσκει ὁ λόγος τῷ προφήτῃ, πίστιν ἐπιτέθεικε τοῖς εἰς ὕψιστον γενομένοις· πάλιν τὴ τῶ ὕψιστον γενησόμενα, πίστιν τοῖς ἐπὶ τελευταίῃ τῶν πάντων ἀφικνεμένοις. — Τὸ οὐλαῖδ τὸ αὐτὸ ἐστὶ τῷ οὐβαλουλά (1) μετὰ προσθήκης τῆ σημαίνειν κατὰ ἀνατολάς.
- Τὸ ἐν ὑψηλότερον τῆ ἑτέρου. Ἄλλου. Οὐ μὴ φησὶν ἴσα ἦν ἀμφοτέρω, θάτερον δὲ ἑτέρου ὑπερεῖχεν.
- D** Ἀμμωνίου. Διὰ τῆ μείζους εἶναι ἐν ἀξίᾳ τῆς πέρας τῶν μέσων.
- Οὐχ ἀπτόμενος τῆς γῆς. Ἀπολιναρίου. Ἄντι τῆ σὺν εὐκολίᾳ πάσας τὰς νίκας κατῶρθου, ὑπόπτερος τρόπον τινὰ διατρέχων τὴν οἰκουμένην.
- E** Ἐδραμὴ πρὸς αὐτὸν ἐν ὄρμῃ. Ἀπολιναρίου. Τὸ ἀνδρείον δεικνύσι τῷ Ἀλεξάνδρου καὶ τὸ ἐν ταῖς μάχαις ὄξύ· οὐ γὰρ κατὰ σχολὴν ἦει, ἀλλ' ὡς ἐξ ἐπιδρομῆς ἀπαντας αἰρῶν τοῖς ἀπαντῶσιν ἦν φοβερός· δηλοῖ δὲ τὸτο καὶ τῶν ζώων τὰ παραδείγματα· τὸν μὲν γὰρ πέρσων Δαρεῖον κριῶν παρέβαλεν, ὡς νωθρότερον· τὸν δὲ Ἀλέξανδρον τράγω, ὡς ὄξύ ἐν ταῖς πράξεσιν.
- G** Εὐδοξίου. Σημαίνει ὡς ἔφην τὴν περσῶν καὶ τὴν μακεδόνων ἀρχὴν· γνωρίζει δὲ νῦν Δαρεῖον τὸν πέρσων καὶ Ἀλέξανδρον τὸν μακεδόνα· οὗτος γὰρ τὴν τῶν περσῶν εἴλε βασιλείαν, καθελὼν αὐτῶν τὴν δυναστείαν.
- H** Φιλμονί. Εὐδοξίου. Τὴν ἑβραϊκὴν φωνὴν τέθεικε τῷ φλεγμονί (2)· ἀντι τῆ εἰπεῖν τῷ φελομονί τῷ προσφιλιστάτῳ τὸ ἐφεσῶτι κατ' ἐξοχὴν, τῷ ταῦτα δεικνύντι.
- Ἔως πότε ἡ ὄρασις γήσεται. Εὐδοξίου. Λέγει δὲ ὅτι τούτων γινομένων, εἶδε τινὰ ἐσῶτα, καὶ ἕτερον ἐρωτῶντα πόσον χρόνον ἔσται τούτων, ἐν ᾧ πῶρ τὰ τῆς ἱεράς θυσίας παυθήσεται· ὁ δὲ ἀσεβείᾳ πάντας ὑπερβαλόμενος κρατήσει· ὁ δὲ ναὸς βατὸς ἔσται τοῖς παρανόμοις· καὶ ὁ λαὸς πείσεται τὰ προλαβόντα· ὡς γὰρ οὐ μέχρις ἀπειλῆς ἰσταμένων τῶν δευθέντων, ἐκ εἰς ἰκετηρίαν ἐχώρησεν, ἀλλὰ τὸν χρόνον μόνον ἀπαιτεῖ γινώσκειν κατ' ὄν πέρας ἔξει τὰ προῤῥηθέντα.
- L** Τὸ κέρασ τὸ μέγα. Εὐδοξίου. Μοναρχία τιμηθεῖς, καὶ μονοκέρωσι παραβληθεῖς, καὶ οὐ κατὰ φυσικὴν ἀκολουθίαν δυναστεύσας.
- Καὶ τῆ συντριβέντος. Εὐδοξίου. Συνετρίβη φυσικῆ ἀκολουθία πεπτωκῶς, ἐκ ὑπὸ πολέμων ἀναίρεθείς.
- M** Οὐκ ἐν τῇ ἰσχυρί αὐτῆ. Εὐδοξίου. Ἐπειδὴ

saecula ad exitum deducendae erant, ac sero demum concludendae, ne dum ingens aevum interiacet a vaticinio dicto ad eius exitum, nihilque interim interponitur, fides rerum elevaretur, medius nunc populi iudaici eventus clarissime innuens divinus prophetae sermo, fidem posterioribus quoque adstruit. Rursus ea quae posthinc accident, fidem iis arrogabunt quae omnium extrema fient. — *Ulaid* idem est quod *ubalula*, quo incremento significatur orientalis plaga.

3. *Aliud alio excelsius*. Anonymi. Haud aequalia cornua erant, sed alterum prae altero eminebat.

Ammonii. Quia Persarum maior quam Medorum dignitas.

*Terram non attingens*. Apolinarii. Expedite victorias cunctas retulit, alis veluti orbem terrarum pervadens.

6. *Impetum fecit in eum*. Apolinarii. Fortitudinem Alexandri denotat et in proeliis celeritatem. Non enim paulatim progrediebatur, sed veluti ex incursione omnibus superveniens, adversarios terrore consternabat. Id ipsum animalium quoque typi declarant: nam persa Darius arietis comparatur, quia ignavio; Alexander hirco, quia ad gerendas res celerior.

Eudoxii. Significat, ut dixi, Persarum Macedonumque imperium: et quidem nominatim Darium persam et Alexandrum macedonem; qui postremus Persarum ditionem occupavit eorumque dynastiam sustulit.

13. Eudoxii. Hebraicam vocem posuit phlegmoni, pro phelmoni, id est carissimo, praesidenti per antonomasiam, sive haec demonstranti.

*Quamdiu visio stabit?* Eudoxii. His actis ait se vidisse quemdam stantem; item alium interrogantem quanto tempore permanebunt; id est quamdiu sacrificium cessabit; itemque sceleratissimus ille dominabitur; et ab impiis templum proculcabitur; et populus adversos casus patietur. Et nunc quidem dum res intra minas consistit, in preces non effunditur, sed tempus tantummodo edoceri optat quo vaticinii finis aderit.

21. *Cornu magnum*. Eudoxii. Monarchia praeditus, unicornio exaequatus, neque naturali ordine regnans.

22. *Fractoque illo*. Eudoxii. Confractum est naturali ordine decidens, non ab hostibus revulsum.

*Non in fortitudine eius*. Eudoxii. Quia ne-

(1) Incrementum quidem pertinet ad hebr. **וְלַיִן לְבָנִי**. Ceterum quoniam pacto id significet orientem, haud scio an in arabica lingua quaerendum videatur, in qua **ول** est *principium*; quod interdum dici solere pro oriente cognoscimus etiam ex hieronymianae interpretationis varietatibus ps. lxxvii. 33, ubi **מִדְּרָב** modo *oriens* dicitur in codicibus modo *principium*. (2) Quid haec dicat Eudoxius, haud satis scio. Nam hebraicum vocabulum est ipsum *phelmoni*.

- A** μηδεις κατ' ἐκεινον, ἐξ ἐπειδὴ μηδεις υἱὸς αὐ-  
τῆ· ἀπε γὰρ τῷ πατριάρχει λέγοντος (1)· Ρου-  
βιν πρωτότοκος μου ἰσχύς μου· πρὸς τὸ πλῆ-  
θος δὲ τῶν πρὸ αὐτῆ βασιλευκότων, τὸν  
Ἀντιόχον ὕψρον ὀνομάζει, ἐχ ὡς κατὰ πάν-  
**B** των τελευταίον γενόμενον· ὁμοίως γὰρ ἔν με-  
τὰ Ἀλέξανδρον· ἐκ δὲ τῆς ἀρχῆς των μακε-  
δόνων βασιλείας ἄχρι τῆς βασιλείας Ἀντιόχου,  
τριάκοντα ἐξ δύο διαδοχαί (2). ἐπειδὴ ἔν ἐννέα  
λοιπὸν ὑπελείποντο διαδοχαί (3), λέγει ἐπ' ἐσ-  
**C** χάτων τῆς βασιλείας τῆτον μέλλειν γίνεσθαι.  
- Ἐν γὰρ τούτοις ἐσώζετο ἐξ τῆ τετελευτηκῆ-  
τος ἡ ἐξουσία· καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτῆ·  
τουτέστιν οὐ παῖδες αὐτῆ τὴν βασιλείαν δια-  
δέχονται, ἀλλ' ἕτεροι· ἐκ ἐκγονοι μὲν ἐκεί-  
**D** νου, προσήκοντες δὲ τῷ γένει.  
Ἐπ' ἐσχάτῳ τῆς βασιλείας αὐτῶν. Εὐδο-  
ξίου. Χρόνοις δὲ φησιν ὕψρον τῆς Ἀλεξάν-  
δρου βασιλείας, ἡνίκα εἰς ἐσχατον παρανομίας  
ἐλάσουσιν οἱ ἰουδαῖοι· ὅπνῃκα ἐξ ἀσύγγνω-  
**E** στα πταίοντες, ἐπισπάσονται τὴν ἀνωθεν δι-  
κην.  
Βασιλεὺς ἀναιδῆς πρῶσῳφῳ. Εὐδοξίου. Τέ-  
τι δὲ φησι χάραν ἔξει ἡ κατ' αὐτῶν ὑπὸ τῷ  
Ἀντιόχου θρασύτης· οὕτω γὰρ αὐτὸν ὀνομά-  
**F** ζει, ὡς ἐξεναντίας ἰσάμενον τῷ δισπότῳ.  
Συνίων προβλήματα. Εὐδοξίου. Τουτέστιν  
ἐπινοίας εὐρίσκων κατὰ τῆ λαοῦ.  
Κραταία ἡ ἰσχύς αὐτῆ. Εὐδοξίου. Ἀμαχός-  
τις φησὶ φανίται αὐτῆ ἡ δύναμις.  
**G** Οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτῆ. Εὐδοξίος. Τουτέστιν,  
εἰς τοσοῦτον δὲ φησιν ἦξει δυνάμει, ἐκ ἀν-  
θρωπίνῃ ῥώμῃ, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆ θεῶν συγ-  
χώρησιν, ἡ τις ἐστὶ διὰ τῆς τῆ λαοῦ παρα-  
νομίας.  
**H** Θαυμασὰ διαφθεῖρη. Εὐδοξίος. Τουτέστι τὰ  
παράδοξα τῆ ναοῦ ἀνασπᾶσει· τὸ τνικαῦτα  
γὰρ τὸν τε ναὸν ἐσύλησε. ἐξ τὰ ἀπόρρητα  
των ἀγίων ἐγύμνωσεν.  
Καὶ κατευθύνῃ. Εὐδοξίου. Τουτέστιν ἀπαν-  
**I** τα ἀεολύτως διαπράξει· ἐπὶ γὰρ τοῖς προτέ-  
ροις κατορθώμασι μεγάλα φρονῶν, τολμηρότε-  
ρον τοῖς δευτέροις ἐγχειρεῖ ἐξ διαφθεῖρει. -  
Ἐντεῦθεν φησὶ κικαυχόμενος, ἐξ ταῖς κατὰ  
τῆ λαοῦ ἐπάρσει διαφθεῖρει.  
**K** Ὁ ζυγὸς τῆ κλοιοῦ αὐτῆ κατευθύνῃ. Εὐδο-  
ξίος. Τουτέστιν ἀπαντας ὑποτάξει· ἐκείνου διὰ  
τὸν προλαβόντα φόβον αὐτομάτως ὑπέκοντος  
τῇ ἐκείνου δεσποτεῖα.  
Δόλος ἐν χειρὶ αὐτῆ. Εὐδοξίου. Τὴν γνώ-  
**L** μιν ἐνταῦθα διαβάλλει· ὡς γὰρ φίλος εἰσελ-  
θῶν, τὰ ἐχθρῶν διεθήκε ἰουδαίους.  
Μεγαλυθῆσεται. Εὐδοξίου. Τουτέστι μεί-  
ζονα ἢ κατὰ ἀνθρώπων φρονήσει κατὰ τοῦ  
θεοῦ.  
**M** Δόλῳ διαφθερεῖ πολλὰς. Εὐδοξίος. Οὐ γὰρ  
πάντων ὑπῆγάγετο τὴν γνώμην, ἀλλὰ πολ-

mo ex ipso, et filias eius nullus. Audi patriar-  
cham dicentem. Ruben primogenitus meus, for-  
titude mea. Iam ex numero eorum qui ante ip-  
sum regnarunt, Antiochum postremo loco no-  
minat, non quod ultimus hic regnaverit; fuit  
enim post Alexandrum octavus. Ab ortu autem  
macedonici regni usque ad Antiochum duae su-  
pra triginta dynastiae fuerunt. Quoniam igitur  
novem deinceps supererant successiones, idcirco  
sit Antiochum in postremis fuisse regibus. - In  
his quippe conservabatur extincti potentia. Quod  
vero ait, non in fortitudine eius, haud a filiis  
eius regnum exceptum iri portendit, sed ab  
aliis; nequaquam posteris eius, sed genere tan-  
tum adfinibus.

23. *Sub extremam regni eorum periodum* ἡ  
Eudoxii. Postremis macedonici imperii tempo-  
ribus, quum in summam impietatem Iudaei ven-  
nerint, quumque indignis venia criminibus se im-  
piaverint, divinam ultionem contra se provoca-  
bunt.

*Rex facie impudenti.* Eudoxii. Tunc Antio-  
chi impudentia emerget. Sic enim eum appel-  
lat quasi qui oculos Dominum contra erexerit.

*Peritus problematum.* Eudoxii. Insidiarum  
contra populum nostrum auctor.

24. *Vis eius valida.* Eudoxii. Insuperabile  
robur eius videbitur.

*Non in fortitudine sua.* Eudoxii. In tantam,  
inquit, potentiam veniet haud sane humanis vi-  
ribus, sed Dei concessione propter populi sce-  
lera.

*Mirabilia corrumpet.* Eudoxii. Mira quaeque  
templi ornamenta detrahet. Tunc enim templum  
diripuit, et arcana sancta nudavit.

*Dirigetur.* Eudoxii. Cuncta nemine impedi-  
ente faciet. Nam primis victoriis elatus, auda-  
cius reliqua adgrediatur pessumque dabit. - Ex-  
in inquit fastu tumidus adversus populum con-  
surget eumque vastabit.

25. *Iugum catenae eius dirigetur.* Eudoxii.  
Omnes sibi subiiciet; singulis timore correptis,  
ultroque illius dominationi se submittentibus.

*Dolus in manu eius.* Eudoxii. Hec Antio-  
chi vituperat animum, qui urbem amici specie  
ingressus, hostem se Iudaeis exhibuit.

*Magnificabitur.* Eudoxii. Praeter humanam  
conditionem contra Deum insolescet.

*Dolo multos corrumpet.* Eudoxii. Non enim  
omnium mentes de sana sententia deduxit, sed

(1) Gen. XLVIII. 3. (2) Consentit prorsus Eudoxius  
cum chronicis tabulis Eusebii, cuius vide editionem mediet.  
p. 255 - 260. (3) Scilicet usque ad Philippum Syriae re-  
gem ultimum. Euseb. p. 260.

- A** λους τῶν εὐσεβούντων κατέσφαξεν. - Σπουδάσει φησὶν ἅπαν ἐξαλείψαι.
- Ἐπ' ἀρχόντα ἀρχόντων γέσται. Εὐδοξίου. Ἴνα εἶπῃ τῷ Θεῷ μαχίεῖται. ἀρχόντα γὰρ τὸν ἀρχόντων αὐτὸν τὸν Θεὸν λέγει.
- B** Ἀπολιναρίου. Πρὸς Θεὸν φησι θρασυεῖται, καὶ κατὰ τῶν ἁγίων αὐτῷ τολμᾷσει.
- Ὡς ἂν ἐν χειρὶ συντρίψῃ. Ἀπολιναρίου. Ἴνα εἶπῃ ἀπονῆτι αὐτὸν καθέξει.
- Ἡ ὄρασις τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς πρωΐνης. Ἀπολιναρίου. Ταῦτα δὲ φησὶν ἐν τοσοῦτῃ χρόνῳ πληρωθῆσθαι ἐν ὅσῳ προλαβὼν εἰδείχθη σοι. καὶ ἐνταῦθα δὲ οὐκ εἶπε καὶ ἡ ὄρασις τῶν ἡμερῶν, ἀλλὰ τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς πρωΐας, δεικνύεις ὡς ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἡμερῶν, καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας ἀριθμῆσθαι βέλτετα (1).
- Σφράγισον τὴν ὄρασιν. Ἄλλου. Τουτέστι μὴ ἐκπύστα ποιήσῃς τὰ δειχθέντα, ἐπεὶ μηδὲ κατὰ τὸ παρὸν ἔσαι, χρόνοι δὲ πολλοὶς ὑστέρῃ. ὅσα γὰρ ἐλυσιτέλει τῷ λαῷ μανθάειν παραυτίκα, εἰδίδασκε. δὴλη γὰρ γινομένη ἡ κατὰ τῶν ἀσεβούντων τιμωρία, σωφρονεστέρους ἐποίει τοὺς ἀγνώμονας. ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐτύγχανον ὄντες, ἐπόθει δὲ ὁ προφήτης ἀκούσασθαι τὰ κατ' αὐτοὺς.
- F** ἐγνώσθη μὲν αὐτῷ τὰ χρόνοις ὑστέρῃ ἐσόμενα. καὶ αὐτῷ δὲ εἶν γινώσκων τὸν λαὸν τὰ εἰρημένα, ἵνα μὴ εἰς ἀπόγνωσιν τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδος καταστάντες γνωσιμαχίωσι πρὸς τὴν ἄνοδον.
- G** Ἀνέστην. Εὐδοξίου. Φησὶ τὸ ἀνέστην καὶ ἐποίουν τὰ ἔργα τῆ βασιλείας, ἐπὶ τῷ μετ' αὐτὸν βασιλείας Δαρίου καὶ Κύρου. οὐκ εὐθὺς παρὰ πόδας, ἀλλὰ καὶ ἀνέστην φησὶ, καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἐμαλακίσθη, καὶ μυρίοις προσωμίλησα πράγμασι. καὶ πολὺς ἐγένετο χρόνος ἐν τῷ μεταξὺ (2) καὶ μετὰ τούτο πάλιν ἐν τοῖς βασιλείας γενόμενος ἐποίουν τὰ ἔργα τῆ βασιλείας. καὶ οὐδὲ οὕτως ἐξέφαινόν μου τὴν ὄρασιν. ἐπειδὴ μηδεὶς ἦν ὁ συνιέναι δυνάμενος.
- I** καὶ ἐθαύμαζον τὴν ὄρασιν. καὶ ταῦτα φησὶν ἐπραττον, ἄγαν ἐκπληττόμενος ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῶν ὀφθέντων. καὶ οὐκ ἦν ὁ συνιέναι. ἤδει δὲ φησὶν οὐδεὶς ἕτερος πλὴν ἐμοῦ.
- Ἀπολιναρίου. Ἐδωκα τὸ πρόσωπόν μου, ἀντὶ τῆς ἔρινα καὶ ὄρμησης, ὡσανεὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ προσιάν. - Ἵπὲρ τῆ γενέσθαι τῷ Θεῷ τὴν καταλλαγὴν δι' ἐλέους. ἐλέῳ γὰρ ὄργην παύεται. καὶ εἰ προέρηται παυσομένη, οὗτος ὁ τρόπος τῆ παύσασθαι αὐτὴν καὶ οὐχ ἕτερος. οὐ τοίνυν ἔνευ τῶν δειξέων καὶ νησειῶν προσεδόκασεν ἔσεσθαι τὸ ὀρισμένον. ἐπειδὴ ἀπαξ ὄριστο, ἀλλὰ τὴν ὁδὸν τῆ γενέσθαι αὐτὰ πορεύεται. οἰονεὶ παρησίαν πρὸς τὴν αἴτησιν ἐκ τῆς προφητείας λαβών. ἐπεὶ πολλάκις καὶ ἀποτρέπει τὴν προσευχὴν ἢ κατάκρισις. λέγοντος τῷ Θεῷ τῷ Ἱερεμίᾳ (3), μὴ προσεύχου περὶ τοῦ

tamen pius multos interemit. - Dabit sedulam operam ut universum genus nostrum debeat.

*Contra principum principem consurget.* Eudoxii. Deum bello appetet. Principem principum dicit Deum.

Apolinariiii. Adversus Deum sanctosque audacia efferabitur.

*Sicut ova manu conteret.* Apolinarii. Nullo eum labore cohibebit.

26. *Vespertini matutinique temporis visio.* Apolinarii. Haec inquit tanto intervallo, quantum dictum est tibi, complebuntur. Haec autem non dixit visionem dierum, sed vespere et mane, ut ostenderet se et dies et noctes numerare in annorum percensenda ratione.

*Visionem sigillo muni.* Anonymi. Ne in vulgus ostenta efferas, quia haec in praesenti non contingent, sed longo tempore post. Ceteroqui quae scire interim populum intererat, edocuit. Nam poena quae vulgum impiis decreta est, vecordes homines ad officium vocabat. Nunc cum gens in captivitate detinebatur, propheta autem futuros eius casus cognoscere auebat, haud libuit vaticinia ad populi notitiam protrahi, ne is forte spem bonarum rerum desperatione commutaret, atque ad reditum torperet.

27. *Surrexi.* Eudoxii. Ait surrexi regisque officiis manum admovi, nempe sub aequalibus sui regibus Dario et Cyro. Non statim; sed surrexi, inquit, et decubui, et langui, permultisque negotiis operam dedi; multumque interim temporis elapsum est. Post haec rursus in regio palatio diversans regia munera exsequabar. Neque tamen visionem meam propalavi, quam nemo intelligere poterat. *Mirabarque visionem.* Atque haec, inquit, agebam admiratione visorum defixus. *Nec erat qui intelligeret.* Nemo me excepto rei gnarus erat.

3. Apolinarii. Dedi faciem meam, id est crevi et cucurri tamquam Deo obviam pergens. - Ut fieret Dei ad misericordiam commutatio. Is enim clementia iram placat. Quod si supra dixit placatam iram fuisse, placandi modus praeter iam dictum nullus est. Non ergo sine precibus et ieiuniis rem decretam perfectum iri sperabat. Quoniam id semel decretum erat, exsequendae eius viam insistit, fiduciam veluti ad deprecandum ex vaticinio capiens. Nam saepe lata sententia preces ipsas respuit; dicente Domino Hie-

(1) Lege Polychronium p. 133. (2) Danieleam sub Cyro clarum diximus cum Hamartolo ad Polychron. p. 145. Illo autem Hamartoli loco dicitur Daniel, quo tempore cum Cyro collocatus est, fuisse iam senex et indicam regionem incoluisse γερρακῶς ἢ δὴ εἰς τὴν Ἰνδικὴν ἰδιάζει χώραν. (3) Cap. vii. 16. xiii. 11.

**A** λαβὲ τούτου, ὅτι ἐκ ἀπέσομαι· καὶ πρότερον τῷ Σαμουὴλ (1) ἕως τότε πινθεῖς ἐπὶ Σαβλ; καὶ γὰρ ἀπέσομαι αὐτὸν· ἀλλ' ὅταν τὴν ἀπόφασιν εἶδεν πληρωθεῖσαν, καὶ τὸν καιρὸν αὐτοῦς καλεῖντα πρὸς τὴν ἐπανόδον, τότε προσεύχεται, καὶ ἐκ ἀπλῶς, ἀλλ' ἐν νηθείᾳ καὶ ἐν σάκκῳ καὶ ἐν σποδῶ· καὶ ὅπερ ἐπ' ἀνθρώπων συμβαίνειν ἔθος, τῆτο καὶ ἐπὶ θεῷ πεποιήκει· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἐπειδὴν τινὰς ἴδωμεν τὰς αὐτῶν οἰκίας μετὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀμαρτήματα εἰς

**C** δεσποτικὸν ἐμβαλόντας, ἐκ εὐθείας, οὐδ' ἐν ἀρχῇ τῆς κολάσεως τὴν ἱκετηρίαν προσάγομεν, ἀλλ' ἀφέντες ὀλίγας αὐτὰς ἡμέρας σφρονισθῆναι, τότε προσίεμεν τοῖς δεσπόταις, ἔχοντες τὴν ἀπὸ τῆς καιρῆς συμμαχίαν (2)· τῆτο

**D** δὲ καὶ ὁ πρεσβύτερος ἐποίησεν·

Ὁ φυλάσσω τὴν διαθήκην σου· Ἀπολιναρίου· Τί ποιεῖς ἃ προφήτα, ὑπὲρ ἀνθρώπων ἁμαρτηκότων καὶ προσκεκυρωκότων πρεσβυῶν, τῶν φυλαττόντων τὰς νόμους μέμνησαι; οὐκ ἀνάξιοι συγγνώμης οὗτοι, παραβαίνοντες αὐτοῦ πανταχοῦ τὰς ἐντολάς; ἀλλ' οὐ διὰ τῆτους ταῦτα λέγω φησὶν, ἀλλὰ διὰ τὰς προζόνους τὰς ἀνωθῶν· ἐκείνοις ἐπηγγελῆτο καὶ ὑπέσχετο, οἳ καὶ τὰς ἐντολάς ἐφύλαξαν.

**F** ἐπὶ δὲ ἔδεν ἔχουσιν οὗτοι δικαίωμα σωτηρίας, διὰ τῆτο μέμνημαι τῶν προζόνων.

Ἡμάρτομεν· Ἀπολιναρίου· Μία γὰρ τοῖς ἁμαρτάνουσι ἀπολογία μόνη μετὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑπολείπεται τὸ τὰς οἰκίας ἀμαρτίας ὁμολογεῖν (3)· σὺ δὲ μοι ἐκδίπαι καὶ τὸ δικαίου τὴν ἀρετὴν, καὶ τῶν ἰουδαίων τὴν ἀγνωμοσύνην· ὁ μὲν γὰρ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς πονηρὸν, καταδικάζει μετὰ πολλῆς ἑαυτὸν σφοδρότητος· οἳ δὲ μυρίων γέμοντες κακῶν, τῆναντίον ἐποιοῦν, λέγοντες, ἐφυλάξαμεν τὰ προσάγματά σου· καὶ νῦν μακαρίζομεν ἄλλοτρίους· καὶ ἀνοικοδομοῦνται ποιοῦντες ἀνομήματα (4)· ὥσπερ γὰρ τοῖς δικαίοις ἔθος, μετὰ τὰ δικαιώματα μετριάξουσιν, οὕτω τοῖς πονηροῖς

**I** μετὰ τὰ ἁμαρτήματα ἐπαίρεσθαι (5)·

Ἐρηγήρησε κύριος ἐπὶ κακίαν, καὶ ἐπέταξεν αὐτὰ· Εὐδοξίου· Ἐπειδὴ γὰρ ἡμεῖς ἐπεκαθεύδομεν τοῖς οἰκείοις κακοῖς, ὁ θεὸς ἐπερηγήρησε τοῖς τοῖς, φέρων ἐφ' ἡμᾶς τῶν κακῶν τὴν δίκην· ἀλλ' οὐκ αὐτὰ τὰ κακά· καὶ ὁ μωνύμως κατὰ προσαγορευόμενα, ὡς ἐπάδυνα ταῦτα ἐποίησε θεός· οὐ χαίρων τῇ τιμωρίᾳ, ἀλλὰ χρώμενος ὁροῖς δικαιοσύνης.

Εὐδοξίου· Τὸ ἔτι μου λαβόντος, εὐχαριστίας ἐστὶν ὑπόθεσις, καὶ ἔκφρασις τῆς τῆς θεῷ φιλανθρωπίας.

Καὶ ἰδὲ ἀνὴρ Γαβριὴλ πετόμενος· Ἰππολύτης· Ὁρᾷς πῶς ὁ προφήτης τὴν ὀξύτητα τῶν ἀγγέλων πετεινῶν περωτῶν ὁμοιοῖ διὰ τὸ κουφὸν καὶ ἐλαφρὸν, ἅτινα πνεύματα πεταμένα ταχέως πρὸς τὰ κελευόμενα ὑπακούουσιν.

remiae, ne ores pro populo hoc, quia non sum auditurus. Et olim Samueli, quamdiu Saulem flebis? ego eum sum reiecturus. Nunc ergo decretum iam exsequendum cernens, tempusque ad postliminium Iudaeos revocans, orat propheta; neque id perfunctorie, sed cum ieiunio et cilicio et cinere. Iam quod inter homines accidit, idem et apud Deum tunc factitatum est. Nos enim cum ab aliquibus servos in carcerem detrudi videmus ob multa et magna peccata, non statim neque sub poenae iniunctio deprecationem adhibemus; sed transactis aliquot emendationis diebus, tum demum dominos deprecaturi adimus, ope temporis freti. Ita nunc se gessit propheta.

4. *Qui foedus tuum conservas.* Apolinarii. Quid agis propheta? pro peccatoribus contumacibusque hominibus supplicans, legis custodiam memoras? Nonne hi venia indigni sunt, qui praecepta illius usquequaque violant? Atqui, inquit, non horum causa sic loquor, sed maiorum veterum; quibus Deus revelationes promissionesque fecit, quique praecepta etiam observaverunt. Ergo quia hi nullum habent salutis ius, idcirco maiorum memini.

5. *Peccavimus.* Apolinarii. Unica peccantium defensio post peccata relinquitur culpae propriae confessio. Et vide, quaeso, iusti hominis virtutem, ac Iudaeorum vecordiam. Ille enim nullius criminis sibi conscius, magnopere se ipsum damnat: hi innumeris sceleribus pressi, secus agebant, dicentes: praecepta tua custodivimus; nunc vero beatos alienigenas dicimus, qui aedificantur dum peccatis indulgent. Nam sicuti iustorum consuetudo est post recte facta modeste se gerendi, ita impiorum post scelera superbiendi.

14. *Evigilavit Dominus super malthiam, et adduxit eam.* Eudoxii. Quoniam, inquit, in peccatis dormivimus, evigilavit adversus haec Dominus, ultionem de nobis capiens. Neque tamen malitia adducta, peccatum ipsum est; sed uno nomine, duplici significato, malitia usurpatur. Haec autem rem molestam fecit Deus; haud equidem puniendo gaudens, sed clementiae potius moderatione utens.

Eudoxii. Locutio adhuc me loquente cum gratum beneficio celeri animum prodit, tum Dei erga homines benivolentiam declarat.

21. *Et ecce vir Gabriel advolans.* Hippolyti. Viden ut propheta angelorum pernicitatem pennatae avi comparet propter levem scilicet expeditamque naturam? Illi enim ceu volucres spiritus dicto celeriter obtemperant.

(1) I. reg. xvi. 1. (2) Laudabilis intercedendi pro servorum poenis mos! (3) Notabilis de confessione peccatorum sententia. (4) Malach. III. 15. (5) Sic etiam in litterarum republica sapientissimus quisque moderatissime de se plerumque opinatur, stultissimus superbiissime.

- A Πετόμενος. Ἄλλου. Τὸ τῆς πτήσεως σχῆμα τάχους ἐστὶ σύμβολον.
- Ἄλλοι ἄρα θυσίας ἐσπερινῆς. Εὐδοξίης. Ὅτι ἐπὶ τοσαύτην ἄρα διαμείνας ὁ ἄγγελος, μετὰ τὸ ἀφικέσθαι, ἐν ἧπερ εἰκός ἦν θυσίαν ἐκπληρω-
- B θῆναι, ἤρξατο τῶν πρὸς αὐτὸν λόγων· τὸ δὲ ἤψατο καὶ συνέτισε, θεύλιται εἰπεῖν ὅτι προ-  
 παρεσκευάσθαι με συνιέναι τὰ λεγόμενα.
- Ἀμμωνίου. Ἐπειδὴ ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν ἐμελλεν εἰλθεῖν ὁ χριστός, ἵνα γένηται ἡ ὑπὲρ
- C τῆς τῆ κόσμου σωτηρίας θυσία, εἰκόντως καὶ ὁ Γαβριὴλ τοιαύτην ἄρα ἔφθη τῷ Δαυιδῷ, ὁ τῆς τῆ λόγου σαρκώσεως εὐαγγελιστὴς καὶ κήρυξ.
- Νῦν ἐξῆλθον συμβιβῆσαι σε σύνεσιν. Εὐδοξίου. Ἐντεῦθεν φησὶ ἤρξατο τῶν πρὸς ἐμέ
- D λόγων διδάσκων, ὡς οὐ νῦν ἀπεσάλην πρὸς ἐμέ, ἀλλὰ πάλαι, ἠνίκα καὶ τῆς προσευχῆς ἤψαμην· ταῦτα δὲ λέγει ὁ ἄγγελος, ἀπαλλάττον αὐτὸν τῶν λογισμῶν, καθ' οὓς τὴν αἰτίαν ἐζητεί, ὅπου περ ἔνεκεν θεός μὴ διεξάμενος αὐ-
- E τῆ τὴν ἰκισίαν εὐθέως αὐτῷ τῆτο ἐγνώρισεν.
- Ἦλθον τῆ ἀναγγεῖλαι. Εὐδοξίης. Ἄμα γὰρ φησὶ προσεύχεσθαι ἤρξω, καὶ ἀπεσάλην ἐγὼ μνήσασαι σοὶ ἅπαντα τὰ κατὰ τὸν λαόν.
- Ἄλλοι ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν εἰ σὺ (1). Εὐδοξίης. Ἐ-
- F παινοῖ γὰρ σου ὁ θεὸς ταύτην τὴν πρόθεσιν· ὁ γοῦν Σύμμαχος ἀνὴρ ἐπιθυμητὴ ἠρμήνευσεν· οὐδὲν γὰρ οὕτως εὐδοκιμεῖν ποιεῖ παρά θεῷ ὡς ἡ περὶ τῆς ὁμοθυμίας πρόνοια (2).
- Σφραγίσαι ἁμαρτίας. Ἀμμωνίου. Χριστοῦ
- G παραγινόμενου λύεται ἡ ἁμαρτία τῆ κόσμου.
- Χριστοῦ γὰρ ἐλθόντος ἐκίτι νόμος σοιχῆς καὶ προφήτης· τέλος γὰρ νόμου χριστός εἰς δικαιοσύνην.
- Διὰ τῆς τῆ πνεύματος ἐπιφοιτήσεως σφραγίζονται οἱ χριστιανοί, ἀνακαινιζόμενοι εἰς
- H τὸ κατ' εἰκόνα. Διὰ τῆ μυστικοῦ ὕδατος ἀπαλείφονται αἱ ἁμαρτίαι. Διὰ μετανοίας ἰλασμός καὶ συγχώρησις γίνεται ἁμαρτιῶν, καὶ δικαιῆται τις ἐκ πίστεως ὁ μὴ δυναθείς ἐξ ἔργων δικαιωθῆναι νόμου. ἅγιος ἅγιος ὁ χρι-
- I στός, χριστός οἰκονομικῶς διὰ τὴν σάρκα.
- Ἐξολοθρευθήσεται χρισμός. Εὐσεβίης. Τὸ ἀκρίτον καὶ παράνομον αὐτῶν διαβάλλεσα (3)· οὕτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς θυσίας καὶ τῆς σπονδῆς συμβιβῆσαι φέσει· ὀρθῶς μὲν καὶ κατὰ νόμον
- K πρὸ τῆ πάθους τῆ σωτηρίας ἡμῶν ἐπιτελουμένης διὰ τὴν εἰς εἶτι τότε τὰ τῶν ἁγίων τόπων ἐφορῶσαν δύναμιν· περιηρεθείσης δὲ αὐτίκα μετὰ τὴν αὐτῆ τελείαν καὶ θεοπρεπῆ θυσίαν, ἦν προσήνεγκεν αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· αὐτὸς τε ὡν ὁ ἄμνος τῆ θεῷ ὁ
- L αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τῆ κόσμου εἰς θυσίαν πασῶν ἀνθρώπων (4)· κατὰ τὰ καινὰ μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης παραδοθείσης, τὰ τῆς παλαιᾶς περιήρητο· ὁ μὲν γὰρ τὸ πληρῆσθαι τὸ θάσ-
- M κων λόγιον, καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἐβδόμας μία, τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης περιήρητο.

*Advolans*. Anonymi. Schéma volatus symbolum est celeritatis.

*Circa horam sacrificii vespertini*. Eudoxii. Quia usque ad tam serotinam horam manens post adventum angelus, quum sacrificium peragendum esset, coepit prophetam alloqui. Quod vero ait *tetigit et edocuit*, significat, ad ea quae dicebantur intelligenda me comparavit.

Ammonii. Quoniam extremis diebus venturus erat Christus, qui fieret pro mundi salute victima; apte hac hora Danieli apparuit Gabriel, qui Verbi quoque incarnationis nuncius ac praeco est.

22. *Nunc egressus sum ut intelligentia te imbuerem*. Eudoxii. Hinc nuncius initium mecum loquendi fecit, atque se haud nunc sed multo ante ad me missum fuisse, nempe statim ac ego precari cepi. Haec autem dicit angelus, prophetae cogitationibus occurrens, qui causam sciscitabatur, cur Deus precibus eius haud statim exceptis, sibi rem patefecisset.

23. *Veni nunciaturus*. Eudoxii. Statim ac, inquit, orare coepisti, missus sum ad casus populi omnes nunciandos.

*Quia vir desideriorum es tu*. Eudoxii. Colaudat enim Deus hoc tuum consilium. Symmachus *vir desiderabilis* interpretatus est. Nihil adeo gratos Deo nos facit, quam providentia erga homogeneos.

24. *Ut signentur peccata*. Ammonii. Christo adveniente peccatum mundi solvitur. - Post Christi adventum nullus legis vel prophetae usus est. Finis enim legis Christus ad iustitiam. - Spiritus adventu signantur christiani, renovati secundum eius imaginem. - Mysticis aquis peccata eluuntur. - Per paenitentiam fit venia remissioque peccatorum, fideque iustificatur, qui lege non poterat. - Sanctus sanctus Christus, mystice unctus per incarnationem.

26. *Delebitur unctio*. Eusebii. Vanam iam et praeter legem unctionem coarguens: quod idem de sacrificiis et de foedere factum dices. Haec enim recte legitimeque peragebantur ante servatoris nostri passionem, quia virtus adhuc caelestis loca sancta obsidebat. Verum eadem mox sublata fuerunt, propter illud perfectum Deoque dignum sacrificium, quo semet ipse obtulit pro peccatis nostris. Est enim is agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, hostia nimirum pro cunctis hominibus. Novis mysteriis novo foedere inito, antiquum exolevit. Simul as enim oraculum illud completum est "et robora", bit foedus multis hebdomada una, antiquum foedus desivit.

(1) Duplex est huius loci interpretatio Hieronymi. ep. xii. 10: *ideo desideriorum vir appellatus est, quia panem desiderii non manducavit, et vinum concupiscentiae non bibit*. Iterum ep. xlvii. 1: *legitimus sanctum Danielelem appellatum desideriorum virum et amicum Dei, quia mysteria eius scire desideravit*. (2) Sic ait etiam Cicero pro Ligario cap. xii. (3) Ita in utroque codice. (4) Confer Euseb. demonstr. ev. viii. 2. p. 385. ed. Golan.

**A** Ἀμμωνίς. Ταῦτα εἰς τὸν ἀντίχριστον ὄρα, ὅς μετὰ τὴν τῆς χριστοῦ παρουσίαν, ἐπ' ἐσχάτην τῶν ἡμερῶν, οὐκέτι ἐφ' ἰσχυρὰν ποιῆσαι βάπτισμα.

Ἐν κατακλυσμῷ. Ἀμμωνίου. Κατακλυσμὸν

**B** λέγει τὸ πλῆθος τῶ ὄντος λαοῦ μετὰ τῆς ἀντιχριστοῦ, τῶν πολεμῶντων τοῖς ἁγίοις ἕως τῆς συντελείας.

Δυναμῶσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομάς μία.

**C** Ἀμμωνίου. Τῆτο λέγει ὅτι πολλὰς τῶν ἰσχυρῶν καὶ τῶν πιστῶν ἔχουσιν οἱ περὶ Ἐνώχ, πείσασθαι μὴ πεισθῆναι τῷ πλάνῳ, ἀλλὰ δυναμῶσθαι εἰς τὴν ἀντισηπῆν αὐτῷ. — Ἐβδομάδα μίαν λέγει τὰ ἑπτὰ ἔτη, ἐν ἧ Ἡλίας καὶ Ἐνώχ ἔρχονται, καὶ μόνουσι τρία ἡμισυ ἔτη καὶ ἔρχεται ὁ ἀντίχριστος καὶ φονεύσει αὐτούς. καὶ μένει καὶ αὐτὸς ἀλλὰ τρία ἡμισυ ἔτη. καὶ τότε ἔξει ὁ χριστός, τέλος λαμβάνοντας τὰ αἰῶνος. — Διὰ Ἡλίαν λέγει καὶ Ἐνώχ, περὶ ὧν καὶ Ἰωάννης εἶπεν ἐν τῇ ἀποκαλύψει (1), καὶ δάσω τοὺς δούσι

**D** μάρτυσι μου. καὶ προφητεύσουσι ἡμέρας χιλίας σὺ περιβεβλημένοι σάκκους (2).

Σελήρου. Βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως φαμὲν τὸν ἀνδριάντα ἐκεῖνον ὃν ἐποίησεν Ἀδριανὸς ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ἐν δὸν ἐν τῷ ναῷ. πολιορκήσας τὴν Ἱερουσαλήμ. βδέλυγματα γὰρ εἶδος καλεῖν τῇ γραφῇ τὰς χειροποιήτους μερῶς, καὶ τὰ τῆς ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας ἀγάλματα. καθὰ καὶ ὁ Μανασῆς ἐν τῇ ᾠδῇ (3) λέγει, στήσας βδέλυγματα, καὶ πληθύνας προσοχθίσματα.

**E** ἀμεινον δὲ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τὸν ἀντίχριστον εἰρηθεῖν. ὅπειδὴ μὴ δὲ πάντα τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τῆς εὐαγγελίου κείμενα ῥήματα δυνατόν ἐρμηνεύσαι κατὰ τὴν τῆς ἱστορίας ἀπόδοσιν. περὶ ἐκείνου γὰρ καὶ ἀπίστολος

**F** Θεσσαλονικεύσιν ἐπιστέλλων ἔλεγεν (4), ὡς ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀμαρτίας ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεῖον ἢ σέβασμα. ἄσθε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τῆς θεῆς καθίσαι, ἀποδεικνύντα αὐτὸν ὅτι ἐστὶ θεός. τόπος γὰρ ἁγίος ὁ ναὸς ὁ ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ προσαγορεύεται. τὰ γὰρ αὐτὰ ῥήματα τῆς εὐαγγελίου, δυνατόν καὶ ἱστορικῶς λαβεῖν, ὡς περὶ τῆς ἐρημώσεως καὶ ἀλώσεως ἐρμηνεία τῆς Ἱερουσαλήμ.

**G** Ἀληθινός ὁ λόγος κ. τ. λ. Εὐδοξίου. Ἐπειδὴ λόγοι δυνάμει ἀποῦσης τὸ ἀσθενέστερον ἔχουσιν, ἔργα δὲ λόγων πίστις καὶ ἔργων νόμος σύνεσις, εἰκότως ὅλα λέγει ὅτι καὶ λόγῳ κεχαρίτωτο, καὶ πράξει τετίμητο, καὶ συνέσει κεκίσμητο. — Μιγάλη γὰρ δυνάμει τετίμηται, καὶ δόξῃ κεχαρίτωται, καὶ συνέσει δεδοξασται, τῇ τῶν προλαβόντων, τῇ τε τῶν παρόντων, τῇ τε τῶν μελλόντων κοσμοῖσθαι. καὶ προηνώσει γεγραμμένη καὶ χρόνοις τὴν ἑαυτῆς προφητεῖαν κοσμήσαι ἄξιωθεῖς.

**H** Ἄρτον ἔκ ἐφαγον. Ἀμμωνίου. Διδάσκει ὁ

**I** 26. *Delebitur chrisma. Ammonii.* Haec antichristum spectant, qui post Christi adventum, novissimis diebus, haud iam patietur christianum celebrari baptismum.

*In inundatione.* Ammonii. Inundationem dicit populi turbam quae antichristum sectabitur, quaeque sanctos usque ad finem bello lacesset.

27. *Roborabit pactum multis hebdomada una.* Ammonii. Hoc ait quia multis Iudaeorum atque fidelium suadebit Enochus ne deceptorii credant, sed animos adversus eum obfirmet. — Hebdomadam dicit septennium, quo Elias Enochusque venient, manebuntque annos tres cum dimidio. Tum vero aderit Christus, et saeculi consummatio. Sic loquitur ob Eliam atque Enochum, de quibus etiam Iohannes in apocalypsi sic: dabo testibus meis duobus, qui diebus MCLX propheta-bunt induti saccis.

